

septem testium in testamentis: de validitate dicti statuti iure optimo debitori possit, quia ut distertis verbis dicitur in hoc cap. huiusmodi leges sunt contra ius Divinum. Sanctorum Patrum instituta & generalem Ecclesie consuetudinem: unde ut in proposito ipsarum legum dicit Abb. hic num. 8. Princeps etiam Papa si condit leges contra ea que dicit Dominus, non dicitur condere leges, sed potius convincitur errare, c. Sunt quidam, 25. q. 1. & contra statuta Patrum condere aliquid, vel mutare, nec prime Sedis potest auctoritas, dicit text. in c. contra statuta ead. caus. & quass. Item contra generalia Ecclesie consuetudinem & sic contra statutum generale Ecclesie Papa venire non potest gloss. in c. Per principalem, in ver. Ad nos, in fin. 9. quass. 3. & in cap. Litteras, in ver. Non potest, de rebus, spoliat. & in proposito Abb. hic num. 9. Propterea, ut idem inquit n. 30. Papa licet

à Deo receperit potestatem & dignitatem Pontificatus, non eas potestatem peccandi, ut dicit text. in cap. 1. 40. dist. nam Vicarius non habet majorem potestatem & dignitatem Pontificatus, quam ipse Deus. Sed Deus peccare non potest, nec fin. de Paris. dist. 2. ergo nec Vicarius debet hoc posse. Ad hoc text. optimus in cap. Scriptis 7. quass. 1. ibi & idem per nos fieri nullatenus potest, nec peccatum, &c. Et ita huiusmodi statuta non valere eleganter docuit Bald. conf. 285. Si quis iuris, col. 2. in fin. vers. Sed contra, lib. 3. dicens statuta & consuetudines locales requirentes in testamento numerum septem testium esse sublatas per hoc cap. Cum esset, quasi inducant peccatum & rebellent iuri divino, quia infringunt veritatem; magis tamen credo statuti verba ad practicas leges abrogatas non extendi ex defectu intentionis Papæ.



DE TESTAMENTIS.

Idem Alexander III. Iudicibus Vellethren.

CAPUT XI.

Relatum est, quòd cum ad vestrum examen super relictis Ecclesie, causa deditur, vos nisi septem vel quinque idonei testes intervenerint, indè postponitis iudicare: & infra. Mandamus, quatenus cum aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractetis, tribus aut duobus legitimis testibus requisitis, Quoniam scriptum est, in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.

SUMMARIUM.

- 1 Ultima voluntas ad pias causas coram duobus testibus valet, & n. 4. & 7.
- 2 Legata pia peti possunt coram iudice seculari, qui tenentur causam decidere non secundum leges, sed secundum Canones.
- 3 Differentia sex inter hoc cap. & procedens cap. Cum esset & num. seq. usque ad num. 15.
- 4 Talis, dictio est restrictiva ad similia. & dissimilium exclusiva.
- 5 Ad pias causas valent non modò legata, & fideicommissa, sed etiam institutio hæredis, de qua constat per duos testes & num. seq.
- 6 Testamentum est, in quo hæres instituitur.
- 7 Supplicationes ad Decretales non sunt permisse, & qui supplet, corrigat.
- 8 Testes duo in testamento ad pias causas non sunt de solemnitate substantiali, sed probatoria, quæ potest adimpleri per aquspollens & n. seq.

- 9 Testamentum ad pias causas scriptum manu testatoris, valet sine ullo teste.
- 10 Testamentum inter liberos scriptum vel subscriptum manu testatoris sine aliquo teste, valet quoad liberos; sed non quoad extraneos, nisi saltem duo testes intervenerint.
- 11 Testamentum ad pias causas coram duobus testibus, valet etiam in Terris Imperii & in foro civili.
- 12 Testes in testamento ad pias causas, non requiruntur ut sint rogati.
- 13 Regula Socii salò eidem tribuuntur.
- 14 Coccus an possit testari ad pias causas, non servata forma, lege hac consuetissima, quod, qui testam. facere poss. remissivè.

Relatum. Valet ultima voluntas ad pias causas coram duobus testibus. Hoc dicit Joannes Andreas, Butr. Card. Anehar. Imol. Joann. de Anan. & est casus singularis secundum Abbatem. Dividitur in tres partes. Prima ponit factum reprehensibile, secunda corrigi mandat, hic. Mandamus. Tertia mandatum probat hic. Quoniam.
Nota primò hic. Ad testium fuerit examen deducta, iuncta superscriptione, legata pia peti posse coram iudice seculari; ipsamque iudicem teneri huiusmodi causam decidere non secundum Leges; sed secundum Canones, ut in littera; & hic notant Butrius, Imola & Abbas in primo notabili.
Secundò nota ex textu, sex differentias inter hoc caput & procedens caput cum esset: ex quibus habebis intellectum textus & explicationem materie.
Differunt enim primò, quia hoc caput loquitur de ultima voluntate ad pias causas, ut patet hic super relictis Ecclesie; nec non hic cum aliqua causa talis; nam dictio talis est restrictiva ad similia & dissimilium exclusiva. Bald. in conf. 284. in lib. Esdræ n. 2. lib. 3. & ita hic tenent Joannes Andreas & ceteri in summano textu. Feder. de

Sen. in conf. 217. Factum tale est. Quidam nomine n. 2. vers. Cum ergò, Gemin. in conf. 49. super isto puncto, n. 5. Et hanc opinionem sequuntur omnes, nemine excepto, ut inquit Paris. conf. 51. Testamentum n. 1. lib. 3. sed caput procedens loquitur de ultima voluntate ad non pias causas. Et quamvis Bernardus hic in glossa prima & secunda & in capite precedenti in glossa tertia, Item glossa, Joan. Raimund. Barrol. & quidam alii senserunt etiam caput procedens loqui in relictis ad pias causas, tamen contraria opinio est venior & magis communis, ut optimè deducit Gemin. d. conf. 49. n. 5. & scripti pleniùs in eodem cap. in prima lectione n. 18. & in secunda lectione n. 42.
Secundò differunt, quia hoc caput secundum aliquos loquitur in legatis & fideicommissis particularibus, ut innuitur hic super relictis Ecclesie; præcedens verbò loquitur in testamentis & consequenter etiam in institutione hæredis, quæ est caput & fundamentum totius testamenti, §. Ante hæredis institut. de legat. & secundum Abbatem Anic. hic n. 1. Testamentum est in quo hæres instituitur; sed hæc differentia non est vera, quia etiam hæc Decretalis loquitur

de testamento ponderando illa verba septem idonei testes; nam numerus septem testium non requiritur nisi in testamento, ut lege fin. cod. de fideicommissis cum concord. Undè per hoc caput valere non tantum legata; sed etiam institutionem hæredis ad pias causas, de qua constat per duos idoneos testes, tenet Federicus de Sen. d. conf. 217. n. 2. vers. Cum ergò, dicens in hanc sententiam consentire quasi omnes opinionem in his Decretalibus recitatis.

Tertio differunt, quia ex precedenti cap. Cum esset, in testamento ad non pias causas ultra duos testes necessariò etiam requiritur presentia Presbiteri Parochialis, ut hic dixi n. 55. reprobando lectionem Ant. de Butr. At verò per hoc caput in testamento ad pias causas sufficienti duo testes, ut in littera hic duobus legit. testibus; & tenent omnes in summano textu. Neque enim admittendus est singularis intellectus Petri de Sampone qui in littera hic duobus, addebat præter Presbiterum ut sic non recedat à regula precedentis cap. Cum esset, prout eum refert hic Joannes Andreas n. 2. in fine. Etenim huiusmodi additiones & supplementationes ad Decretales non sunt permittæ, elem. Ne Romanus hic vel addi de elect. & qui supplet corrigat, ut in Aut. de non alien. in prin. Brixiens. in Repert. in verbo suppletio. Et hanc opinionem sequitur etiam Rota decif. 754. n. 6. §. 2. divers. dicens eam communem post Alex. in lege Si certis annis sub n. 5. vers. Et tale relictam, cod. de pactis & conf. 131. n. 2. lib. 7. & Clar. in §. Testamentum q. 6. vers. Hinc inferitur & subdit hic Rota n. 7. & 13. hos duos testes non requiri pro substantia testamenti, sed ad probationem illius allegat Corn. conf. 215. n. 4. lib. 2. & conf. 307. videtur primò facit n. 6. lib. 3. & ex hoc singulariter inferitur ut valeat testamentum ad pias causas manu testatoris scriptum, etiam sine ullo teste; nam cum testes, ut prædixi, non sint de solemnitate substantiali sed probatoria: hæc solemnitas potest adimpleri per æquipollens, secundum ea que notantur in c. Tuz; & hic dixi n. 21. infra de sponjal. Ideoque qualitercumque appareat ultima voluntas ad pias causas, ita ut sit legitime probata, non est durandum an intervenerint testes, nec ne. Et ita in specie firmant Imol. in lege si his qui, ff. de testam. Com. d. conf. 307. n. 6. & per tot. Tarquel. in tractatu de privileg. privileg. 4. Idque ad exemplum testamenti inter liberos, quòd si sit scriptum manu testatoris vel aliena; sed manu ipsius testatoris subscriptum, valet sine aliquo teste quoad liberos, licet non quoad extraneos, nisi saltem duo testes intervenerint, ut est textus in §. Nos igitur, Aut. de test. imperf. & in Auth. Quòd sine, cod. de testam. & in Auth. Si modò & in lege ult. cod. famul. erciscund. & tenent Imol. Corn. & Tirac. loc. cit. & resolvit Rota d. dec. 754. n. 1. & per totam, parte primò divers. Quod nunquam obliviscaris, quia est notabilis limitatio ad hanc Decretalem requirentem numerum duorum testium in testamento ad pias causas.

Quartò differunt, quia hoc caput cum loquatur de relictis Ecclesie in quibus potestas Papæ non restringitur ad limites aliorum territorii, c. cunctis per mandam q. 9. 3. absque dubio servari debet non tantum in terris subiectis temporarii iurisdictioni Ecclesie; sed etiam in terris Imperii & tam in foro Ecclesiastico quam in foro civili, ut egregie probat Bart. in lege habeat n. 70. usque in finem, cod. de

Sacrof. Ecclesie. & hic tenet Imola in 2. not. dicens ita communiter teneri & Abb. n. 2. & 3. per ea que notantur in c. Ecclesia Sancte Maria de Constit. & in c. Quid Clericis de foro compet. & nullus discrepat. At verò in testamento ad non pias causas conditum coram Parocho & duobus testibus ad præscriptum precedentis cap. cum esset valet in Terris Imperii & in foro civili: magno per alterantur Legitæ cum Canonistis, ut hic dixi in 2. & 3. lectione & in quassatione de testamento caci, à numero 113. usque ad numerum 157.

Quintò differunt, quia præcedens caput restringitur ad testamenta que sunt in articulo mortis, quam tamen restrictionem non habet textus in presenti; sed hæc differentia non est vera, quia etiam caput procedens locum habet in quocumque testamento, licet condito extra mortis articulum ut hic dixi in 6. lectione n. 63.

Sexta & ultima differentia est, quia in testamento ad non pias causas condito ad præscriptum precedentis cap. cum esset: testes debent esse rogati secundum veniorem opinionem, ut hic dixi n. 17. at in testamento ad pias causas de quo loquitur hoc caput, talis solemnitas non requiritur; nam etiam Doctores nostri videantur sentire hanc Decretalem non providere in relictis ad pias causas, nisi respectu numeri testium; Ideoque Franciscus de Aretio consuluit testes esse rogandos; quia non debemus recedere à Jure Civili, nisi quatenus contrarium reperitur cautum de Jure Canonico. Tamen hoc reprobat Abb. hic n. 3. vers. Undè concludit. Et bene, quia licet questio hic fuerit proposita de numero testium, nihilominus in conclusione que magis est attendenda, Papa dat generalem doctrinam, ut hæc causa testamenti ad pias causas non tractetur secundum Leges; sed secundum Decretorum Statuta; & subdit Abbas ita hodiè communiter servari. Nec obstant illa verba, testibus requisitis, quia textus noster hic non intendit ut testes in ultima voluntate ad pias causas debeant esse requisiti seu rogati à testatore; sed verbum requisitis refertur ad Iudices & est sensus ut Iudices ad hoc ut possint iudicare pro relictis ad pias causas, debeant requirere ut fiat probatio ipsorum relictorum, saltem per duos testes, ut hic declarat Joannes de Imola n. 15. & post eum Alex. in conf. 131. super themate n. 2. lib. 7. subdens hanc opinionem esse approbatam & in Iudiciis & in Scholis, quam etiam communem esse attestantur Socini. in regul. 430. testes in testamento regulariter rogati esse debent in 2. fallen. quem refert Boer. dec. 34. n. 5. (licet reverà ille liber regularum falsò tribuatur Socino, ut ex ipsius ore se habuisse testatur Socini Junior ejus nepos in conf. 24. post n. 4. lib. 3.) Alios plures refert Julius Clarus in §. Testamentum q. 6. vers. secundò inferitur. In talibus enim cessat suspicio falsitatis, ut dixi in c. proximo n. 23. supra eodem.

Et quòd dictum est de testibus rogatis, idem intelligas de muliere que in testamento ad non pias causas condito ad præcedens caput non potest esse testis & tamen potest in testamento ad pias causas, ut hic dixi in 6. not. n. 34. 35. & 36.
An autem coccus possit testari ad pias causas non servat formam, lege hac consuetissima; dixi in eodem c. cum esset n. 110. & 151.



potest, ff. de legat. r. Simile in c. sic quidem 10. q. 1. unde & lex facienda contra voluntatem testatoris inducitur, lege si ut allegat, cod. ad l. falsid. de arg. leg. Titus testamenti, ff. cod. In hoc igitur non potest per testatorem, Episcopi officium impediri secundum Host. n. 8. Butr. n. 6. & Anchar. n. 4. quia nec voluntas fuit irrationabilis stari debet, lege si pecunia, ff. Ut in possess. leg. l. 2. ff. ubi capill. edat. deb. & leg. Cerdon. ff. de oper. libert. & d. c. requisisti. Unde si precipere oia sua proici in mare, talis voluntas non esset servanda, lege Quidam, ff. de conat. & demansi. nec valeret si diceret, nolo tutorem teneri de dolo, licet male administrat, lege Quidam, ff. de administ. tutor. & post Vincentium & Goffredum tenet hic Joannes Andreas n. 9. in glossa penultima hic prohibere & Card. n. 8. in prima opposicione, verbi Item secundum Vincentium.

Atque ita non obstat quod voluntas testatoris omnino servanda sit, c. ultima voluntas 13. q. 2. & ultimum testamentum hominis immobile preleveret, c. Cam Martha, §. Cateram, infra de celebr. Miss. cum nihil sit quod magis debeat hominibus quam ut supremæ voluntatis liber sit filius, lege 1. in fine, cod. de Sacro. Eccl. Unde dicit textus, disponat testator & fiat lex in Auth. de nupt. §. Disponat. collat. 4. Etenim hæc & conditio iura procedunt, si voluntas testatoris sit rationalis & licita, alias secus, ut ex dictis patet & notat glossa hic in verbo voluntatem quam communiter Doctores sequuntur. Hæc autem de qua agitur est illicita secundum Abb. Antiqu. cui consentiunt Joan. Andr. n. 4. in verbo Interdicti, Card. n. 7. in prima opposicione & Abbas Siculus n. 5. dicens propter irrationabilitatem non valere interdictionem testatoris, ut Episcopus non impediat se contra executores; nam quemadmodum ipse testator male agendo non potest se subtrahere a foro Episcopi, ita non potest subtrahere suas executores in officio male agentes.

Hinc alius Catharina de Mendoza Hispanensis in sua ultima voluntate disposuit ex bonis suis institui quosdam Capellanos perpetuos pro aliquibus Presbiteris; & reliquit quasdam dotes pro aliquibus puellis nupti tradendis; & certos administratores elegit, quibus curam omnimodam dictarum Capellaniarum dotumque commisit, expressè prohibens, ne Ordinarius aut Superior aliquis in dictis operibus suis se intromitteret; etiam ex causa visitationis aut alia quacumque. Et cum dubitatum fuisset, an dictæ dispositioni obstat Concilium Tridentinum, c. 8. & 9. sess. 22. Sacra Congregatio censuit si hæc dispositiones testatensis cum huiusmodi conditionibus in fundatione appositæ fuerint approbatæ à Sede Apostolica, non esse fabulatas à Decretis Conc. sess. 22. c. 8. & idem Ordinarius loci nullo modo posse se immiscere administrationi, visitationi correctionive dictarum Capellaniarum, nisi in casum negligentæ administratorum ab ipsa testatrice deputatorum iuxta dispositionem c. Tua nobis de testam.

Et rursum cum quæritum esset, an Episcopus in fundatione exclusus a visitatione hospitali, quia in fundatione fuit cautum ne se administrationi, visitationi aut correctioni immisceat; possit se immiscere in casu negligentie administratorum: Sacra Congregatio censuit posse iuxta caput Tua nobis de testam. ex quibus declarationibus habes n. tabilem limitationem ad Decretum, c. oncl. d. c. 9. nam etsi ex resse præservat legem fundationis hic, nisi secus foret in Institutione & Ordinatione talis Ecclesie hic fabricæ expressè cautum esset, tamen hæc præservatio intelligitur iuxta textum hic, ut locum non habeat administratoribus negligentibus.

Addit Host. hic n. 8. præsumi hanc fuisse mentem testatoris, qui hoc executorum fidei commississe videtur. Non enim est verisimile supra dictam clausulam in enervationem vel elusionem voluntatis sue, vel in præjudicium Episcopi approposuisse; sed magis fide utriusque ut voluisse, arg. opt. in leg. 3. ff. de milit. testam. in leg. qui nominatus & leg. Lucias, ff. de administ. tutor.

Quinto nota, non tantum Clericos seculares & laicos; sed etiam Religiosos profectos deputari posse executores testamentorum. Quod verum est etiam quoad non pias causas, ut de Clerico secularibus probatur in c. Joannes infra eodem, ubi post Host. ostendit hoc tenet Joannes Andreas n. 18. verbi, aliquibus videtur & approbat consuetudo quæ secundum eum potest tolerari, dum tamen propterea non retrahantur à servitio Divinorum. Ad hoc cap. Sed necne Cler. vel Monach. & c. Cum essent de sum. & cum hac opinione transeunt communiter Doctores, ut testatur Abb. in prædicta Decretali Joannes n. 7. circa finem, verbi Tertio dixerunt alii; & in fine libde eam communiter hodie observari. Et de Religiosis patet in c. 2. infra hoc titulum lib. 6. secundum Joannem Andream in d. c. Joannes in fine, verbi Satisfaciat pro hac parte. Sed aperius hoc est expressum in clem. Religiosis, cod. tit. hic eujuslibet ultime voluntatis, intellige petita licentiâ & obtenta à suo Superiore, ut in d. c.

2. & in dicta clem. & excipit ab hac regula Fratres Minores Sancti Francisci quibus hoc officium est interdictionum, ut in clem. exvii, §. Verum de verb. signif. & notant hic Host. & Joannes Andreas, ambo in principio in verbo Religiosi, Abbas in primo notabili & alii communiter.

Ultimo nota, etiam Religiosos cogi posse ab Episcopo 19. Dioeceseo ad exequendum testatoris voluntatem, ut hic est casus. Neque hæc in parte Religiosi possunt se tueri exemptionibus, ut est expressum in clem. Religiosis de testam. de hoc latius infra n. 49.

Quæro, postea testamenti particula infra scripsi tenoris: 20. videlicet. Item mandat quod per N. Generalem Ordinis N. exigatur capitale cum fidei annuis redditus scutorum 500. & tam de fidei quam de capitali possit idem Generalis disponere; ipsosque redditus vendere & alienare, eorum pretium recipere iuxta mentem prædicti testatoris, de qua idem Generalis ab ipso eductus est & mandat eisdem redditus tolli à parita dicti testatoris & deservi in personam prædicti generalis.

Item postea quod idem Generalis cæperit huiusmodi fidei exigere ac deinde munus Generalatus expleverit; an Monasterium possit prædictos redditus libi vendicare. Secundo, an si ille contendat se nudum esse executorem atque obstrictum testatore voluntatem; cogi possit ad secretum huiusmodi propalandum. Tertio, an ipsi postea revelant fides adhibenda sit. Quarto, si omnino revelare noluerit, neque Ordinarius rationem reddere administrationis; an possint Superiores regulares libi executoris officium interdiceret. Quinto & ultimo, in quos usus eo casu eisdem redditus erogari oporteat.

Quoad primam questionem, inspectis quidem verbis supra dictæ dispositionis, defendi posset Monasterio licere libi vendicare prædictos redditus; nam dictus Monachus videtur esse legatarius, non executor; tum quia dispositio in ejus personam directæ est, lege si quis Titio, ubi Barr. n. 1. Bald. n. 2. Imol. n. 2. atque alii notant, ff. de legat. 2. Ceph. conf. 359. n. 16. vol. 3. Bero q. 86. n. 3. cum quia testator iussit poni redditus ad partem ipsius quod arguit translationem domini, lege censuialis, ubi Bald. in princ. cod. de donat. & Socin. conf. 89. n. 12. vol. 1. tum denique, quia à testatore data est simpliciter facultas dicto Monacho de his bonis disponendi; hic: postea idem Generalis disponere ipsosque redditus vendere & alienare &c. que verba cum nullam importent necessitatem, c. Cum aliquibus ubi glossa in verbo Concedimus de res. 10. 6. & Barr. & alii in lege Decem cum petiero, ff. de verb. oblig. sub Decius conf. 83. n. 4. & seqq. ex hoc etiam capite non videtur idem Monachus purus Mitter, sed legatarius, cum inde possit libi aliquid commodi derivare, si aut non statim aut non integrè prædictos redditus libi dispenset, lege Sulpitius ubi glossa & Ollofir. ff. de donat. inter vir & uxor. Barr. Florian. & Alber. in dicta lege si quis Titio, ff. de legat. 2. Roman. conf. 228. n. 2. Itaque priori parte dispositionis 23. inspecta, Monasterium succedere ex persona Monachi incapacis, lege Deo nobis, cod. de Episcop. & Cler. c. 1. 18. q. 2. Innoc. in c. in præsentia n. 7. atque hic Joannes Andreas col. 4. verbi. Unde autem certum est, Butr. n. 20. Anchar. seq. n. 17. verbi. Venio ad opposita, Epid. n. 24. Abb. n. 76. Felin. n. 77. de probat. late Honded. conf. 94. n. 15. Bald. Salicet. Alber. & alii in dicta lege Deo nobis, Barr. Imol. Alex. & Jafon. in lege prima, ff. de vulg. & pupill. Idque etiam Monacho invito & contradicente secundum opinionem quam dicunt æquiores, Barr. veriores, 24. Alber. tutiores, Salicet. procedentem ex Canonica æquitate, Bald. communem Canonitarum quibus stari debet & simpliciter magis communem. Ripa loco citato; & tuncur Archid. in c. Statutum in verbo Monasterium 18. quasi. 1. Guillelmus de Benedict. in c. Rainatus, verbi. si absque liberis, si secundo, numero octavo. supra eodem. Covar. in capite primo, numero 21. eodem titulo & Honded. dicto c. 94.

Ceterum in casu presenti contrarium videtur respondendum id est nullo modo posse Monasterium huiusmodi redditus libi vendicare; quia in fine dispositionis adjecta est limitatio illa, iuxta mentem, & voluntatem testatoris eidem Monacho communicatam, quæ restringit omnia præcedentia, & ostendit dictum Monachum non esse legatarium, sed executorem voluntatis testatoris, quam in secreto accepit iuxta terminum l. Theopompus, ff. de dot. præleg. super quo extra possum consilium Fulgos. 75. incip. Ex factis proponitur, ubi sub num. 2. verbi. Præterea, in foribus terminis respondit, posse dictum executorem quamdam Antoniam quam testatrix instituerat heredem cum potestate alienandi, & donandi quomodocumque voluerit, etiam invita substituta pro implenda voluntate, quam in secreto dicta testatrix eidem commiserat, & ibi consulit Fulgos. Ex dicta dispositione nihil fuisse questum pari dict. Antonie quoad usufructum; & quia quamvis ipsa habuerit amplissimam facultatem disponendi de bonis

25. 2. & in dicta clem. & excipit ab hac regula Fratres Minores Sancti Francisci quibus hoc officium est interdictionum, ut in clem. exvii, §. Verum de verb. signif. & notant hic Host. & Joannes Andreas, ambo in principio in verbo Religiosi, Abbas in primo notabili & alii communiter.

Ultimo nota, etiam Religiosos cogi posse ab Episcopo 19. Dioeceseo ad exequendum testatoris voluntatem, ut hic est casus. Neque hæc in parte Religiosi possunt se tueri exemptionibus, ut est expressum in clem. Religiosis de testam. de hoc latius infra n. 49.

Quæro, postea testamenti particula infra scripsi tenoris: 20. videlicet. Item mandat quod per N. Generalem Ordinis N. exigatur capitale cum fidei annuis redditus scutorum 500. & tam de fidei quam de capitali possit idem Generalis disponere; ipsosque redditus vendere & alienare, eorum pretium recipere iuxta mentem prædicti testatoris, de qua idem Generalis ab ipso eductus est & mandat eisdem redditus tolli à parita dicti testatoris & deservi in personam prædicti generalis.

Item postea quod idem Generalis cæperit huiusmodi fidei exigere ac deinde munus Generalatus expleverit; an Monasterium possit prædictos redditus libi vendicare. Secundo, an si ille contendat se nudum esse executorem atque obstrictum testatore voluntatem; cogi possit ad secretum huiusmodi propalandum. Tertio, an ipsi postea revelant fides adhibenda sit. Quarto, si omnino revelare noluerit, neque Ordinarius rationem reddere administrationis; an possint Superiores regulares libi executoris officium interdiceret. Quinto & ultimo, in quos usus eo casu eisdem redditus erogari oporteat.

Quoad primam questionem, inspectis quidem verbis supra dictæ dispositionis, defendi posset Monasterio licere libi vendicare prædictos redditus; nam dictus Monachus videtur esse legatarius, non executor; tum quia dispositio in ejus personam directæ est, lege si quis Titio, ubi Barr. n. 1. Bald. n. 2. Imol. n. 2. atque alii notant, ff. de legat. 2. Ceph. conf. 359. n. 16. vol. 3. Bero q. 86. n. 3. cum quia testator iussit poni redditus ad partem ipsius quod arguit translationem domini, lege censuialis, ubi Bald. in princ. cod. de donat. & Socin. conf. 89. n. 12. vol. 1. tum denique, quia à testatore data est simpliciter facultas dicto Monacho de his bonis disponendi; hic: postea idem Generalis disponere ipsosque redditus vendere & alienare &c. que verba cum nullam importent necessitatem, c. Cum aliquibus ubi glossa in verbo Concedimus de res. 10. 6. & Barr. & alii in lege Decem cum petiero, ff. de verb. oblig. sub Decius conf. 83. n. 4. & seqq. ex hoc etiam capite non videtur idem Monachus purus Mitter, sed legatarius, cum inde possit libi aliquid commodi derivare, si aut non statim aut non integrè prædictos redditus libi dispenset, lege Sulpitius ubi glossa & Ollofir. ff. de donat. inter vir & uxor. Barr. Florian. & Alber. in dicta lege si quis Titio, ff. de legat. 2. Roman. conf. 228. n. 2. Itaque priori parte dispositionis 23. inspecta, Monasterium succedere ex persona Monachi incapacis, lege Deo nobis, cod. de Episcop. & Cler. c. 1. 18. q. 2. Innoc. in c. in præsentia n. 7. atque hic Joannes Andreas col. 4. verbi. Unde autem certum est, Butr. n. 20. Anchar. seq. n. 17. verbi. Venio ad opposita, Epid. n. 24. Abb. n. 76. Felin. n. 77. de probat. late Honded. conf. 94. n. 15. Bald. Salicet. Alber. & alii in dicta lege Deo nobis, Barr. Imol. Alex. & Jafon. in lege prima, ff. de vulg. & pupill. Idque etiam Monacho invito & contradicente secundum opinionem quam dicunt æquiores, Barr. veriores, 24. Alber. tutiores, Salicet. procedentem ex Canonica æquitate, Bald. communem Canonitarum quibus stari debet & simpliciter magis communem. Ripa loco citato; & tuncur Archid. in c. Statutum in verbo Monasterium 18. quasi. 1. Guillelmus de Benedict. in c. Rainatus, verbi. si absque liberis, si secundo, numero octavo. supra eodem. Covar. in capite primo, numero 21. eodem titulo & Honded. dicto c. 94.

Ceterum in casu presenti contrarium videtur respondendum id est nullo modo posse Monasterium huiusmodi redditus libi vendicare; quia in fine dispositionis adjecta est limitatio illa, iuxta mentem, & voluntatem testatoris eidem Monacho communicatam, quæ restringit omnia præcedentia, & ostendit dictum Monachum non esse legatarium, sed executorem voluntatis testatoris, quam in secreto accepit iuxta terminum l. Theopompus, ff. de dot. præleg. super quo extra possum consilium Fulgos. 75. incip. Ex factis proponitur, ubi sub num. 2. verbi. Præterea, in foribus terminis respondit, posse dictum executorem quamdam Antoniam quam testatrix instituerat heredem cum potestate alienandi, & donandi quomodocumque voluerit, etiam invita substituta pro implenda voluntate, quam in secreto dicta testatrix eidem commiserat, & ibi consulit Fulgos. Ex dicta dispositione nihil fuisse questum pari dict. Antonie quoad usufructum; & quia quamvis ipsa habuerit amplissimam facultatem disponendi de bonis

testatrix, ea tamen facultas est restricta ad facultatem ubi communicatam, quæ limitatio operatur, ut ipsa nihil habeat commodi, & successivè nihil possit quæri patri ex persona sua, & in simili casu etiam consulti Roman. conf. 228.

16. Unde intrat doctrina Baldi conf. 232. Præmittendum est num. 1. lib. 1. ubi ait officium executoris referre in persona ipsius Monachi executoris, nihique acquiri Ordini, quia personale est, & consistit in voluntate, & factio ejusdem executoris. Quod etiam asserit Jacob. de Arena in tract. de Commissar. n. 14. & sequitur Anchar. post alios in cap. Re. citra dubitationem videtur procedere in casu de quo agitur, quia ut proponitur dict. Generalis testator non fuisse in mentem disponentis, ut aliquid queratur sibi, vel Monasterio: creditor enim executori testificanti de voluntate testatoris sibi secretò commissa, ut respondit Cuman. qui ait hanc videri communem sententiam conf. 178. n. 4. Barr. & DD. in d. l. Theopompus, ff. de dot. præleg. Alex. conf. 54. sub n. 1. ubi asserit ita omnes tenere vol. 2. Afflic. decr. 371. num. 4. quod tamen infra latius explicabitur.

17. Quomobrem quatenus etiam dictus Monachus esset legatarius, nihil tamen queri posset Monasterio, quia habet certum casu sibi secretò injunctum, quod non debet in aliud commutari, ut in terminis asserit Paris. conf. 26. num. 29. par. 4. Quo casu Monasterium excluditur tam ex capite inhabilitatis executoris, qui non potest, quam contrariè voluntatis testatoris, qui non vult aliquid Monasterio erogari, ut perpendit Anchar. conf. 84. in princ. Legatarius enim, cui imminet restitutio, habetur loco executoris, ita ut nullum retinet commodum, ut inquit ad litteram Bald. in l. Si quis Titio sub num. 2. verbi. Alio modo adivaliter, ff. de leg. 2.

18. Postremò in his propriis terminis consultit latè Cuman. conf. 108. per tot. ubi testator legavit quendam uxori, deditque illi potestatem alienandi, prout dicit in secreto; cuius quidem secreti noluit quemquam esse participem. Respondit Cuman. huiusmodi uxorem esse mitteri, non legatariam; ideoque legatum ipsa mortua non cedere lucro suorum hæredum, sed testatoris & hic Cuman. n. 3. respondet motivo, cur illa uxor non censetur legataria, cum verba dispositiva in ejus personam sint collata, ostendit enim id non procedere, quando testator elegit specialem fidem alijus, quemadmodum censetur elegisse per secretam commutationem suæ voluntatis, quia tunc is censetur executor, licet verba dispositiva in eum collata sint; & hæc quoad primam partem.

Secunda pars questionis quæ habet inspectiones inferius examinandas. Prima est, an valeat dispositio secundum formam superscriptam. Secunda, supposita ejus validitate an Monachus teneatur revelare secretam mentem testatoris. Tertia, an sit credendum ipsi spontè revelanti. Quarta, si omnibò noluisset revelare, an sit privandus executione. Ultima, quomodo tunc sit exsequendum.

21. Quoad primam multoties est opinio non valere dispositionem secundum secretam mentem testatoris executori participatam, quam videtur sequi Barr. in leg. Theopompus num. 4. Atque Alexan. in apostolica littera G. ff. de dot. præleg. Imol. in cap. Cum tibi col. 12. num. 22. supra eodem & in l. Captatoris col. 3. sub n. 5. verbi. Item attendo, & col. 5. sub n. 8. prope finem, verbi. Sed iuxta prædicta, ff. de hæred. instit. & in l. Illa institutio col. 4. sub n. 9. verbi. Item quia, quando testator, Alexan. in d. l. Captatoris col. pen. secundum quam consulit Bald. conf. 482. incip. Quia dictus vocatus, verbi. Illud autem lib. 4. ubi ait huiusmodi dispositionem in secreto commissam esse captatoriam, nec teneri heredem stare dicto executoris, nisi aliis probet. Idem respondit Cardin. Zabarella conf. 124. per totum, ubi probat hanc voluntatem non tenere quoad non pias causas. Est enim, inquit, talis voluntas captatoria, tanquam quæ collata fuit in secretum ultimarum voluntatis. Et postea post assensum nihil obstat, quod testator mandaverit executori, ut disponeret, prout in secreto ei ordinaverat. Nam ex quo, inquit, de tali ordinatione non apparet, habetur pro non facta.

22. Quod etiam tradit Barr. in conf. 168. incip. Quidam habent bona sub num. 3. verbi. De secundo, ubi late consulit in casu, in quo testator mandavit cuidam Titio, ut restitueret illicita quæsitâ, utique de illis stare dicto ipsius; & respondit huiusmodi dispositionem esse ipso jure nullam, & non esse standum assertioni ejusdem Titii. A Barr. non discrepat Alexan. conf. 54. n. 3. lib. 2. Afflic. decr. 371. num. 4. ubi probat captatoriam esse voluntatem, si testator dicat: 34. committo tibi voluntatem meam quam secretò tibi dixi & Dec. conf. 21. n. 20. vol. 2. Et quævis hæc opinio non videatur absolute vera, ut ex infra dicendis patebit, cum tamen illam sequuntur tot gravissimi Auctores, inde colligitur huiusmodi dispositiones esse valde suspectas, ideoque oportere iudices esse priores ad illas, ubi fieri possit, rescindendas, vel moderandas.

25. Posita igitur hujus dispositionis validitate, pro qua re-

pondit Anch. conf. 436. & plures alii, ut inferius dicitur, dubitatur pro resolutione secundi capitis, vel inspectionis, An Monachus teneatur revelare secretam mentem testatoris. Qua in re Anchar. d. conf. 436. n. 4. & 5. verbi. Ex prædicto, assensu, licet subdubitan, executorum secundum secretam mentem testatoris non teneri reddere rationem, quia meræ suæ fidei mandavit testator, & idem de executorum secundum conscientiam suam, tradit Paulus de Castr. conf. 187. num. 1. in princ. lib. 1. Verum Barr. conf. 194. n. 3. Super tertio lib. 1. respondit eum, cui aliquid in secretum commisit testator teneri interroganti respondere, an tacitam fidem accommodaverit de restituendo incapaci, ac rem totam exprimere. Idem Barr. in l. Non intelligitur, §. Tacitè totum, 3. ff. de jure fidei, & latius in l. fin. n. 10. ff. de iis, quibus ut indig. Jacob. Mendoza conf. 42. num. 2.

Quinimò tenetur respondere, etiam si præstitisset testatori 37. juramentum de nunquam revelando, quia huiusmodi juramentum est temerarium & non ligat, ut in terminis consultit Cardin. Zabarella conf. 35. Cujus dictum refert, & late comprobatur Felin. in cap. Intimavit sub n. 4. verbi. Quibus ante omnia adde elegans consilium Zabarella de testibus, & post Navarr. in cap. Inter verba 11. q. 3. par. ult. coroll. 65. tradit Covarr. in epis. de spons. cap. 8. §. 5. n. 10. part. 2. Præsertim concurrente fraudis suspitione, atque aliis, de quibus inferius dicitur.

Quæ omnia omnino consentiunt cum Theologorum traditionibus distinguendum inter secretum receptum simpliciter 38. & receptum in Sacramento Pœnitentiæ. Nam S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. ad secundum. De illis, inquit, qui homini sunt commissa in secreto per confessionem, nullo modo debet testimonium ferre, quia huiusmodi non sicut, ut homo, sed tanquam Dei minister, & majus est vinculum Sacramenti 39. quolibet hominis præcepto. Atque ibi Cajet. in responsi. ad 3. in fin. Navarr. in c. Inter verba 11. q. 3. coroll. Quod etiam asserit Sor. de reg. secret. q. 7. membro 2. conclus. 4. verbi. Astamen, adiciens non licere revelare, quod vbi Sacramenti notum est, quomamqum sit in præjudicium totius mundi. As postea subdit, Docendi sunt tamen litterarum vernari, quod non cadunt sub sigillo confessionis, quæ vulgò dicitur in confessione. Sunt enim, qui ut auct. ubi obligent ad secretum, signant se signo Crucis, & spectantes genua 41. dicunt se committere secretum in confessione; cum tamen ubi quis non confitetur omnia sua peccata cum intentione accusandi se, nullum sit Sacramentum, atque adeo non intervenit sigillum confessionis, ut illud secretum revelare fit sacrilegium. Quod etiam tradidit Cajet. ad S. Thom. loc. cit. verbi. In responsione ad tertium, ubi dicit etiam hoc magis obligare, quam juramentum detegendo secretum, & est doctrina Innoc. in cap. Omnis utriusque n. 7. de penit. & remiss. ubi ait, Illos autem non credimus, ut ministris confiteri, qui non ut poenitent, sed ut consilium, vel auxilium ab aliquo recipiant, dicunt libi peccatum suum, licet dicant, Hoc tibi dico in Confessione, vel in Pœnitentia, cum non est verum, quod dicit in Pœnitentia, nec ut Dei minister, cum animæ consilium non requirit, & taler bene fit cogendi super præmissis ferre testimonium. Ita Innocent. quem ibi sequuntur Host. Joan. Andr. Abb. & alii communiter, prout 42. de communi testatur Navarr. in Manuali cap. 18. n. 55. Imò Sor. in 4. dist. 16. quasi. 3. art. 3. verbi. Est tam latum, ait, adeo differre secretum, quod accipitur sub huiusmodi cæremontis ab eo, quod accipitur sub sacro sigillo Confessionis, ut ille, qui sic recipit, legitime de illo interrogatus in iudicio teneatur illud proferare, cum nefas esset si in Sacramentali Confessione audivisset.

In his verò, quæ secretò alicui committuntur extra confessionem, tenetur quis revelare, ac testimonium ferre quoad ea, quæ secundum ordinem juris ab eo per superiorem exigantur, ut docet S. Thom. ibid. in corpore articuli. Unde Sor. loc. cit. Non obstat, inquit, fides, quam quis secretò commisit, etiam si iurjurando se abstinerit, quominus teneatur secretum detegere, si modò in iudicio vi, & ratione petatur; quia fides secreti non habet vim obligandi contra jus, nec præjudicium parit iudici, quin possit compelli eum quando necessitas fuerit, & inferius ait: Quicumque fidem suam alteri distrinxerit, & iure ipso interprete intelligit id facere secundum jus, atque adeo quando auctoritate iudicis revelat secretum, nihil infidelitatis admittit.

Sed & S. Bonav. in 4. sent. dist. 21. art. 2. qu. 3. querit, 44. utrum recipiens aliquid in secreto teneatur revelare superiore præcipienti; & in non respondit teneri, etiam si præstitisset juramentum de non revelando, quia juramentum est nullum, & in præjudicium veritatis & obedientiæ; ideoque adde agendum esse poenitentiam de perjurio pro eo, quod contra iustitiam juratum est. Cujus dictum Angel. in ver. Testis, in fin. n. 23. intelligi procedere quando superior hoc requirit 45. ex aliquo bono respectu, & ut Patet perinde; atque in conciliis S. Bonav. cum doctrina S. Thom. Item Guido Fulgosius, qui Clemens IV. indè creatus est, in consultatiobus

46. In his verò, quæ secretò alicui committuntur extra confessionem, tenetur quis revelare, ac testimonium ferre quoad ea, quæ secundum ordinem juris ab eo per superiorem exigantur, ut docet S. Thom. ibid. in corpore articuli. Unde Sor. loc. cit. Non obstat, inquit, fides, quam quis secretò commisit, etiam si iurjurando se abstinerit, quominus teneatur secretum detegere, si modò in iudicio vi, & ratione petatur; quia fides secreti non habet vim obligandi contra jus, nec præjudicium parit iudici, quin possit compelli eum quando necessitas fuerit, & inferius ait: Quicumque fidem suam alteri distrinxerit, & iure ipso interprete intelligit id facere secundum jus, atque adeo quando auctoritate iudicis revelat secretum, nihil infidelitatis admittit.

Sed & S. Bonav. in 4. sent. dist. 21. art. 2. qu. 3. querit, 44. utrum recipiens aliquid in secreto teneatur revelare superiore præcipienti; & in non respondit teneri, etiam si præstitisset juramentum de non revelando, quia juramentum est nullum, & in præjudicium veritatis & obedientiæ; ideoque adde agendum esse poenitentiam de perjurio pro eo, quod contra iustitiam juratum est. Cujus dictum Angel. in ver. Testis, in fin. n. 23. intelligi procedere quando superior hoc requirit 45. ex aliquo bono respectu, & ut Patet perinde; atque in conciliis S. Bonav. cum doctrina S. Thom. Item Guido Fulgosius, qui Clemens IV. indè creatus est, in consultatiobus



DE TESTAMENTIS.

Gregorius IX. Nomon. Episcopo.

CAPUT XVII.

Tua nobis fraternitas intimavit, quod nonnulli tam Religiosi, quam Clerici saeculares & laici, pecuniam & alia bona, quae per manus eorum ex testamentis decedentium debent in usus pios expendi, non dubitant aliis usibus applicare. Cum igitur in omnibus piis voluntatibus sit per locorum Episcopos providendum, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant, licet etiam a testatoribus id contingeret interdici; mandamus quatenus executores testamentorum hujusmodi, ut bona ipsa fideliter & plenarie in usus praedictos expendant, monitione praemissa compellas.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus cogit executores ad exequendas piis voluntates defunctorum, etiam si testator hoc interdixerit. Et dicitur pia voluntas ad hunc effectum etiam ad non piis casus n. 5. vers. pias autem voluntates.
- 2 Episcopus exequitur ultimam voluntatem, cum certus executor deputatus non est; vel si est, detrahatur exequi.
- 3 Et quid si testator providerit sibi de alio executore in casum negligentiam primi.
- 4 Episcopi sunt executores piarum dispositionum in casibus a Jure concessis.
- 5 Sed rationes exigere possunt ab administratoribus piarum locorum etiam privatorum & in casibus non concessis a Jure.
- 6 Executores testamentorum falcidiam non detrahunt.
- 7 Falcidia non detrahitur de legatis ad piis causis.
- 8 Administrator Capella non potest fructus sua industria & labore exercentes pro se retinere.
- 9 Executores compelli possunt ad exequendam piam testatoris voluntatem etiam per censuras.
- 10 Executoris officium sibi delatum in testamento non cogitur quis acceptare, ibidem.
- 11 Monitiones quot & quales requirantur ut executor possit cogi ad implendam testatoris voluntatem.
- 12 Monitio unica sufficit in meris extrajudicialibus, secus in aliis.
- 13 Testator non potest prohibere quin in casu negligentia, jus exequendi devolvatur ad Episcopum & n. seqq.
- 14 Sicut nec potest cogere ut tutor non teneatur de dolo, licet male administrat.
- 15 Voluntas testatoris pro lege servanda est si sit licita, alias secus.
- 16 Ordinarius non potest se immiscere administrationi & visitationi Capellarum contra tenorem Fundatoris a Sede Apostolica approbata, nisi in casu negligentia administratorum.
- 17 Episcopus in fundatione exclusus a visitatione & administratione hospitali, potest tamen in his se immiscere administratoribus negligentibus.
- 18 Testator non presumitur voluisse ut iudicium suum reddatur elusorium.
- 19 Executores testamentorum esse possunt Clerici & Religiosi, etiam ad non piis casus.
- 20 Fratres Minores non possunt esse executores testamentorum, ibidem.
- 21 Religiosi etiam exempti cogi possunt ab Episcopo ad exequendam testatoris voluntatem & n. 49.
- 22 Regularis cui testamento commissum est distributio annui redditus secundum mentem testatoris et secretis communi-

- catam, an sit executor vel legatarius, ita ut Monasterium possit dictum redditum sibi vendicare & n. seqq. usque ad n. 36.
- 23 Et an cogi possit secretam testatoris mentem revelare n. 36. usque ad n. 50.
- 24 Et an ei revelanti fides sit adhibenda n. 50.
- 25 Et quae res sibi an sit interdicens executoris officium, n. 52.
- 26 Et quomodo tunc exequendum n. 58.
- 27 Legatarius, an executor quis sit, ex quibus colligatur & n. 30.
- 28 Verbum possit non importat necessitatem.
- 29 Monasterium succedit ex persona Monachi incapax, etiam Monacho invito & n. seqq.
- 30 Executor censetur, qui habet facultatem disponendi ad libitum facta voluntatem sibi a testatore secretis communicatam.
- 31 Executoris officium consistit in persona Monachi; nihilque Ordini acquiritur.
- 32 Executori assistenti de voluntate testatoris, sibi secretis commissis creditur.
- 33 Monachus legatarius cum certo onere secreto instructo, non acquirit Monasterio.
- 34 Legatarius cui imminet restitutio, habetur loco executoris.
- 35 In dispositione secundum voluntatem secretis a testatore executori participat, an valeat.
- 36 Voluntas secretis commissis, an sit captatoria & an haeres teneatur stare dicto executoris & n. 35.
- 37 Captatoria voluntas, an teneat quoad non piis casus.
- 38 Captatoria voluntas quae sit.
- 39 Executor an teneatur revelare voluntatem testatoris sibi secretis communicatam.
- 40 Juramentum executoris de non revelando Superiori secretam testatoris voluntatem, est tenearium.
- 41 Secretum aliud receptum simpliciter, aliud in Sacramento Penitentia.
- 42 Sacramenti vinculum magis quovis hominis praecipit.
- 43 Revelare non licet quod notum est per vim Sacramenti, etiam si esset in praesudicium totius mundi.
- 44 Secretum quod vulgus inungitur sub Confessione, non est sub sigillo Confessionis.
- 45 Testis tenetur proflare quod accepit sub sigillo Confessionis extra Sacramentum Penitentia.
- 46 Testis legitime interrogatus tenetur revelare secretum, non obstante fide ac iuramento de non revelando & n. 48.
- 47 Secreti fides non habet vim obligandi contra Jus, ibidem.
- 48 Jurans non revelare Superiori praesipienti, est perjurus.
- 49 Et quando hoc procedat.

Ye.

- 46 Veritas clari potest hosti vel persecutori, non Judici.
- 47 Secretum quibus casibus revelandum.
- 48 Executor secundum mentem testatoris tenetur reddere rationem.
- 49 Executori revelanti secretam mentem testatoris, an sit credendum & n. seqq.
- 50 Monachus executor potest a Superiore privari facultate exequendi, si voluntatem testatoris revelare voluerit.
- 51 Religiosus a Superiore privatus officio executoris, etiam sine causa propter bonam obedientiam non potest contradicere.
- 52 Episcopus potest sibi vendicare executionem alteri a testatore commissam, si sit suspicio fraudis.
- 53 Et fraudis suspicio ex quibus oritur.

- 54 Praesumptio aliquis oritur tacita fidei in fraudem legis accommodata, si ex verbis testatoris non appareat an sit faciendum restitutio, ibidem.
- 55 Executores fidei standum non est, quando non est persona legalis.
- 56 Legatum ab uxore distribuendum non valet, stante statuto; ut maritus non possit relinquere aliquid uxori.
- 57 Executore renuente secretam mentem testatoris revelare, quomodo sit faciendum executio.
- 58 Legatum distribuendum secundum secretam mentem testatoris, dicitur ad piis causas & deficiente executore sit caducum.
- 59 Contrarium n. 60.
- 60 Epilogus & conclusio questionum.

Tua nobis. Episcopus compellit fideicommissarios ad exequendas piis voluntates defunctorum, etiam si testator hoc interdixerit. Hoc dicit. Sunt duae partes, consultatio & responsio. Secunda hic Cum igitur.

Nota primo, piis defunctorum voluntates esse executioni demandandas per Episcopum Diocesanae, ut hic per glossam primam & Hostiensem, numero sexto in verbo Per locorum Episcopos. Sed intellige hoc verum esse in duobus casibus. Primus est, cum nulli sunt designati fideicommissarii seu executores in testamento; alii enim ad ipsos, non ad Episcopum executio pertinet, ut est textus in lege Nulli post prime. cod. de Episc. & Cleric. ubi habetur. Siquidem testator designaverit per quem desiderat redemptionem fieri captivorum, is qui specialiter designatus est, legatus vel fideicommissi habeat exigendi licentiam & pro sua conscientia votum adimpleat testatoris. Sin autem persona non designata, testator absolute tantummodo summam legati vel fideicommissi taxaverit, Vir Reverendissimus Episcopus illius Civitatis ex qua testator oritur, habeat facultatem exigendi piis delatanti propositum sine ulla cunctatione impietur.

Secundus est, cum executores designati post monitionem detrahant voluntatem defuncti adimplere, ut hic & in c. Joannes infra eodem & supra in c. si haeres & in lege si haeres datus, ff. de pet. haer. & tenent hic Innoc. in verbo compellas, Host. n. 7. in verbo Licet etiam a testatoribus, assentes Episcopus exequi voluntatem testatoris, cum certus executor assignatus non est; vel si deputatus est, detrahatur exequi. Quod ultimum notabiliter limitat Abbas n. 6. vers. Et in hoc putarem, nisi testator providerit sibi de alio executore in casu negligentiam primi; eo enim casu non succedit Episcopus in executione, argum. dicte legis Nulli & lege si quis ad declinandam. Ad hoc facit doctrina Bart. in lege libero, §. Lurium n. 2. ff. de ann. legat. ubi docet Leges omnes quae dicunt relicta ad certum usum posse per Sapientem alius usibus applicari, si in usum destinatum converti nequeant; non habere locum quando testator providit eo casu quid fieri debeat de legato. Et idem intelligo si in casum negligentiam secundi executoris, testator alium designaverit. Verum omnibus exequi detrahentibus, tandem fiet devolutio ad Episcopum; neque hoc provideri poterit a testatore, ut hic est casus, unde merito Concil. Trident. in c. 8. sess. 22. Episcopi, inquit, etiam tanquam Sedis Apostolicae delegati in casibus a Jure concessis omnium piarum dispositionum sint executores. Pondera illa verba in casibus a Jure concessis, propter quae Sacra Congregatio declaravit Decretum illud esse accipiendum juxta Juris communis dispositionem, ut in c. Nos quidem supra eodem & in dicta lege Nulli & lege si quis ad declinandam, cod. de Episc. & Cleric. licet secus dixerit esse quoad rationes administrationis exigendas juxta terminos, c. 9. ejusdem sess. 22. nam cum hic non fuerit repetita illa verba, Sacra Congregatio consulta, an d. c. 9. sit intelligendum absolute etiam in piis locis locorum privatorum sine ulla distinctione generaliter etiam in casibus a Jure non concessis, respondit ita esse intelligendum. Itaque Episcopi non sunt generaliter & indistincte executores piarum voluntatum; sed ad Juris communis praescriptum & sic in subsidium, id est cum nulli sunt executores a testatore deputati; vel si sunt, tamen moniti voluntatem testatoris renuente adimplere; nisi in hunc quoque eventum testator providerit sibi de alio executore, ut dictum est supra. Licet indistincte jus habeant morosis executores compellendi. Unde bene Antonius de Butrio hic n. 5. ex hoc texto notat etiam data mora exequendi, non devolvi ad Episcopum voluntatem immediate exequendi; sed compellendi, nisi a pure vel ab homine alius terminus reperitur esse statutus. Pias autem voluntates quoad hunc effectum Host. n. 6. intelligit generaliter omnes etiam ad non piis causas, dummodo non sint contra legem. Et hoc est quod innuit littera hujus textus hic universa procedant & in verbis praecedentibus hic in omnibus piis voluntatibus, quasi dicat: omnes sunt piis, c. ultima voluntas 13. q. 2. & lege 1. cod. de Fagnan. in III. Lib. Decretal.

Sacrofanct. Eccles. Et quavis glossa prima hic restrinxerit dispositionem hujus Decretalis ad relicta ad piis causas; tamen ejus opinio expresse reprobatum in c. Joannes infra eodem secundum Host. qui propterea n. 7. in fine. Hac, inquit, non solum in relictis ad piis causas, sicut quidam garriunt; sed etiam quoad solutionem debitorum & alia locum habent, ut legitur & notatur in d. c. Joannes & in c. Haereses supra eodem; & sequitur Joannes Andreas hic n. 4. in verbo Pias voluntatibus & in d. c. Joannes in ult. q. 9. & hoc est communis opinio, ut hic testatur Anton. de Butr. in 5. q. n. 17. vers. Communiter tenetur. Primum teigi in c. Nos quidem supra eodem.

Secundo nota hic plenarie in usus praedictos expendant, 6 executores de relictis ad piis causas nihil posse propriis usibus applicare. Unde nec falcidiam detrahere possunt, cum quarta falcidia non detrahatur de legatis ad piis causas, Auth. similiter, cod. ad legem falcidiam; tum quia cum sint meri executores, nullum lucrum pertingere debent, ut in Auth. de Eccles. tit. 3. si autem legatum & lege si quis ad declinandam, cod. de Episc. & Cleric. & tenent hic Host. n. 9. in verbo ut bona ipsa, Joan. Andr. n. 3. vers. Quare Host. Butr. n. 8. Anchar. n. 5. & ceteri. Hinc cum Ferdinandus Fonseca relicta administratori causam Capella a testatore instituta cum salario ducatorum decem postulasset declarari, an faciendo celebrari Missam singulis diebus pro anima testatoris satisfaceret ejus voluntati quae fuit ut ab administratore tot summi solverentur Capellano Missas celebranti, quot possent supplere redditus hereditatis, adeo ut liceret eidem administratori fructus suos pro se retinere. Sacra Congregatio censuit nihil posse sibi applicare, sed debere eum esse contentum suo salario scutorum decem; & quidquid superexceverit, teneri convertere in celebrationem tot Missarum quot redditus supplere poterunt.

Tertio nota, executores compelli posse ad exequendam piam testatoris voluntatem, etiam per censuras Ecclesiasticas, ut hic notat Anchar. n. 6. Quod tamen intellige post conceptum executoris officium, ut in c. Joannes hic post mandatum susceptum infra eodem. Nam exitu officium voluntatis sit res favorabilis & pia, ut leg. prima, cod. de Sacros. Eccles. & dictum est supra n. 5. tamen non cogitur quis acceptare executoris officium sibi delatum in testamento, ut colligitur ex glossa in d. c. Joannes in verbo Mandatum, notat hic Joannes Andreas in eodem verbo & Abb. n. 3. Rursus hoc intellige praemissa monitione, ut hic quae secundum aliquos debet esse trina, ut in c. indigna 12. q. 2. & in c. Sacro infra de sent. excomm. & in hoc residet Butr. n. 9. Sed an hoc casu verius est binam sufficere, quia ita expressum est in Auth. de Eccles. tit. 3. si autem pro redemptione; & hoc tenet Host. hic n. 10. in verbo monitione Joan. Andr. n. 5. in eodem verbo. Card. n. 8. in 2. opposit. & Anchar. n. 7. in 9. not. & inter monitiones interponi debet spatium arbitrarium, lege nonnunquam, ff. de judic. falcem trium dierum, lege Inter accusatorem, ff. de publ. jud. & lege 3. cod. de error. Advoc. c. Ad nostram, infra de Regular. & c. Constitutionem cod. tit. in 6. non enim sufficeret, si ter diceret: solve, solve secundum Abb. Antiqu. quem referunt & sequuntur Joan. Andr. & alii praesallegati. Non obstat quod in extrajudicialibus sufficiat unica monitio, ut notat glossa in c. si Episcopus in verb. . . 18. dist. 8. Innoc. in c. Cum nobis de elect. quia secus est si non sit meris extrajudicialis, ut hic per Butr. n. 9.

Quarto nota singulariter ex illis verbis Licet etiam a testatoribus hoc fuerit interdichum, testatorem non posse prohibere in suo testamento quominus in casum negligentiam executorum vel heredium, jus exequendi devolvatur ad Episcopum Diocesanae, intellige ut dixi supra, n. 3. concordat textus. Unde haec Decretalis sumpta est in Auth. de Eccles. tit. 3. si quis autem pro redemptione. Rationem assignat glossa hic in verbo Interdici, quia privata dispositio testatoris non potest generalem Constitutionem Legis vel Canonis immutare, c. Requisisti supra cod. & lege Nemo X 3

ad Inquiritores q. 8. sic ait, Sed nec juramento, vel voto in contrarium emisso; nam licet veritatem celare possimus hosti, vel persecutori, ut 22. q. 2. cap. Ne quis, iudici tamen veritatem investiganti eam celare mortale peccatum est, ut 11. q. 3. cap. Quisquis. Ergo juramentum, vel votum in contrarium emissum non est servandum 22. q. 4. cap. In malis. Cujus verba refert, & sequitur Franciscus Pegnia in 2. part. Direct. inquit. lib. 2. schol. 15. in fin.

Item Alexan. de Alex. in 4. sent. dist. 19. art. 2. An Confessor, quod novit in confessione, & extra teneatur revelare, in respons. vers. Ad illud quod obijcitur per simile, sic ait: Quando promittit aliquis alicui, quod celabit aliquid secretum, quod sibi committit, hoc debet intelligi si non cogatur obedientia superioris ad revelationem, vel necessitas mentendi, vel damno innocenti, vel alia hujusmodi, quibus contraire nec potest, nec debet; unde si quis promissit alicui quod teneat aliquid factum secretum, & post nisi vellet illud testificari, damnetur aliquis innocens, vel necesse esset ipsum mentiri, vel esse inobedientem, vel aliquid grave scandalum oriretur non existimo, quod in tali casu debeat factum illud celare. Quod ipsum docet ibi S. Thom. dist. 21. art. 3. & S. Bonav. q. 3. vers. Sed circa hoc occurrit quaestio, ubi addit in hanc positionem etiam juripericos magis consentire; idoque qui juravit testimonium non dicere, juramento non obstante testificari compellitur, text. ad litteram in cap. Intimavit, de testib. atque ibi docent gloss. fin. Innoc. Holsten. Joan. Andr. Anton. de Butr. Anchar. Abbati. Felino. atque alii omnes.

Quibus etiam accedit, quod in casu praesenti testator non prohibuit revelationem suae voluntatis, sed simpliciter iussit ut bona distribuerentur secundum mentem suam. Quo casu executores teneantur omnino reddere rationem, atque illam exprimere, licet cum minori rigore exigenda sit in his quam in aliis, ut inquit Joan. Andr. post Jac. de Raven. in addit ad Specul. in tit. de instrum. edit. §. Nunc vero aliqua sub num. 20. littera P. in addit. incip. Sacramento. Neque in hoc suffragatur executori, quod sit regularis exemptus, & Praelatus. Quoniam incip. Viennense in Clem. Religiosis, de testam. volens praescindere materiam delinquendi disertis verbis statuit ut locorum Ordinarii rationem exigant a Religiosis etiam exemptis & Praelationem habentibus de testamentorum executionibus, quas gesserunt & puniant quos circa id deliquisse repererint.

Quod si dictus Monachus sponte revelaverit secretam mentem testatoris, queritur an illi sic revelandi aedes adhibenda sit, quae est tertia inspectio superius proposita. Ex quidem aut Monachus deponit non juratus & nihil illi creditur, ut in propriis terminis est text. in d. l. Theopompus, in ver. Juratus, & ibi notat Bart. ff. de dote praeterea, & sequitur Bald. cons. 256. super 1. puncto in princ. lib. 4. Castr. cons. 177. in qu. num. 2. vers. Tertio lib. 3. Allich. decis. 371. n. 6. Alexan. cons. 54. sub num. 5. vers. Nec obstat lib. 1. Aut deponit juratus & tunc creditur nisi dummodo deponat super verisimili & mentem testatoris sibi secreto participatam coadjuvet aliquibus probabilibus conjecturis. Ita probat textus in materia, in l. Quoniam haeredi, ibi, Si quibusdam argumentis apparebit, de quo dixit ff. de reb. lib. & tradunt Bart. in d. l. Theopompus sub n. 4. ubi dicit dictum executori, cui aliquid testator in secreto voluntatis commisit credendum non esse, nisi aliquibus legitimis praesumptionibus hoc praesumeretur esse verum, Raph. Cuman. cons. 118. sub n. 2. vers. Circa secundum, ubi amplius requirit, ut id, quod testator commisit in secreto, debeat probari per duos testes; alias existimant irritam esse hanc voluntatem; quia inquit, poterit dici, adeit jus, sed deficit probatio, & vari.

Qui alios cogent in cap. Cum tibi in fin. sub eod. ubi ait, non esse standum assertioni illius, cui testator commisit voluntatis propriae revelationem, nisi asserat eam fuisse testatoris voluntatem quae ex conjecturis apparentibus vero similis sit.

Sin autem dictus Monachus omnino induci nequeat ad revelandum, queritur pro absoluteione quarti capituli, an sit privandus executione, Et videtur respondendum affirmative, quia Superior regularis, qui dedit licentiam Monacho, ut possit esse executor, potest illum privare facultate exequendi etiam re non integra & quamvis male faciat si illum privet sine causa; tamen propter bonum obedientiae religiosus etiam eo casu non potest contradicere. Ita expressit tradit gloss. in dict. Clem. Religiosis; in ver. Obstant, de testam. quam ibi post Paul. sequitur Card. Zabara. num. 11. in fin. vers. Quid quaero, Imol. num. 8. Abb. n. 7. Petr. de Raven. in gloss. in ver. Obstant, Joan. Vesp. in 3. concl. Vital. sub n. 37. Anchar. num. 31. Taberna in ver. Executor num. 15. Armilla eod. ver. num. 15.

Hoc autem libere cum causa admittunt omnes in d. Clem. Religiosis, Specul. de instrum. edit. §. Nunc vero aliqua n. 5. 3. vers. Quid si executor, & vers. Porro, ubi asserit licere Episcopo vendicare sibi electionem quam testator po-

suit in arbitrio alterius, si sit suspicio fraudis, etiam nulla precedente accusatione. Quod etiam tradiderunt Bald. in l. Nulli sub n. 5. vers. Sed circa hoc, C. de Episc. & Cler. Obit. cons. 196. factum in fin. vers. Tertio qu. Card. post alios in d. Clem. Religiosis n. 23. & Anch. sub n. 6. vers. Vnio ad alios. Fraudis autem suspicio in casu praesenti multipliciter fontidetur. Primum ex modo & forma dispositionis testatoris, oritur enim aliqua praesumptio fraudis ex legato factum secundum mentem secretam testatoris ut docet gloss. in fin. in l. Lucius §. In test. ff. de leg. 1. ubi Bart. in Summ. Si ex verbis, inquit, testatoris non apparet persona, cui debet fieri restitutio, aliqua praesumptio assumitur tacite fidei in fraudem legum assumpta. Quod repetit ibi Bald. n. 4. & 5. P. de Castr. lu. 1. Fulgot. vers. ibi hic dicitur, Alber. post Din. n. 2. & simpliciter id praesumi factum in fraudem Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 96. num. 11.

Secundo oritur suspicio fraudis ex persona dicti Monachi; tum quia ad praesens dicitur esse sub iudice; neque enim est standum fidei executoris, quando non est persona legalis, ut inquit Jacob. à Camb. de execut. ult. volunt. in 3. p. de fide Commissariorum n. 7. vers. Quod est verum. Tum quia est religiosus incapax proprietatis. Ad quod asseritur singulari doctrina Jo. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. Nunc vero aliqua, in addit. incip. Ad istum finem, quae est in ver. Legat. sub num. 2. littera V. ubi determinat hanc statuto, ut maritus non possit relinquere aliquid uxori, non valere legatum factum pro anima testatoris distribuendum ab uxore, ne fiat fraudi statuto. Cujus doctrinam sequuntur Alber. de Rosat. in 2. par. stat. q. 112. incip. Statuto capitur quid nullus possit, & qu. seqq. Alex. cons. 59. Prospectis col. 3. & seqq. num. 7. lib. 2. & in l. Cogi. §. Hi qui solent in fine, ff. ad Tribell. Jafon. in l. Castoribus num. 6. C. de testam. milit. Ergo eodem modo cum religiosus prohibetur aliquid proprium habere, c. Nolo, & c. Non distatis 12. q. 1. c. Cum ad Monasterium, de statu Monach. & Concilium Tridentinum c. 2. sess. 25. de Regular. non valebit legatum ab ipso distribuendum juxta mentem secretam testatoris, ne fiat fraus legi, vel certe si valebit, aderit tamen vehemens suspicio fraudis, quae juncta cum aliis supradictis est omnino sufficiens causa interdicens illam officio executoris.

Sequitur ergo ultimum caput, id est, secuta privatione quomodo sit postea facienda executio, cui in re difficilium erit intrare rationem, per quam punctualiter satisfiat voluntati testatoris, quia de illa non constat, & in piis causis non constat, & in piis causis non videtur facienda distributio: nam ut ait Raph. Cuman. cons. 118. sub num. 3. dispositio secundum secretam mentem testatoris non potest dici ad piis causas, quae non sunt commissae voluntati alterius per verba denotata arbitrium boni viri, juxta terminos c. Cum tibi supra eodem, secundum intellectum Innoc. qui communiter approbat, sed testator retulit se ad suam specificam commissionem secreto factam, quae cum possit esse ad causas non piis, nulla est ratio cur eam ad causas piis praesumamus, & idem falsus respondit in cons. 108. per totum, ubi propterea consultit hujusmodi legatum, deficientem persona executoris fieri caducum, & cedere lucro haeredum testatoris. Antiquius tamen videtur Episcopum posse hujusmodi bona in piis usus distribuere; quia, ut ait Federic. de Sen. cons. 293. sub n. 2. vers. Ex praed. fraudatio voluntatis testatoris non est sufficiens ratio, ob quam jus exequendi non debeat devolvi ad Episcopum, si Religiosus fuerit prohibitus exequi a Superiore, ut etiam sentit Butr. hic n. 7. vers. Ego vidi multos: licet in fine nihil velit decidere, quia causa erat pendens.

Præterquam quod negari potest hoc modo fraudati voluntatem testatoris, quin imò ex benigniori interpretatione mentis testatoris secreta, nisi aliud constet, debet censeri in piam causam, ut in puncto contra Raph. Cuman. respondit Raph. Fulgot. cons. 745. num. 1. vers. Præterea, ubi, sub num. 4. vers. Et hanc sententiam, ait hanc partem esse amplectendam, cum pietatis & tacentis voluntati testatoris convenientior sit & animæ etiam ipsius fructuosior, secundum quam etiam consultat Angel. cons. 201. num. 3. vers. In fine, & alios refert Clar. in §. Testam. quasi. 6. vers. Quis imò. Et pro ea videtur casus in c. Cum tibi supra eodem, secundum intellectum, quem dicit notabiliorum Abb. ibi in principio.

Quibus omnibus in compendium redactis videtur respondendum praedictum Monachum esse nudum executoris & teneri revelare secretam mentem testatoris & rationes reddere, eique esse adhibendam fidem, si juratus deponat; & concurrunt probabiles conjecturae; a quoq; interdicens eum esse officio executoris & redditus esse erogandos in piis usus arbitrio Episcopi; aliam enim hoc esset exemplum perniciosissimum & cautela pessima Regularibus ad retinendum proprium contra votum paupertatis & in fraudem

56
57
58
59
60
61
Sacrorum

Sacrorum Canonum, Tridentini Concilii & Apostolicarum Constitutionum. Hic casus meo tempore contigit Medicani & in hanc sententiam a Sac. Congregatione Concilii

sententia fuerunt litterae ad Cardin. Borromaeum Archiepiscopum.



DE TESTAMENTIS.

Idem Gregorius IX.

CAPUT XIX.

Johannes Clericus & P. Laicus, executores ultimae voluntatis O. Clerici sanctae Crucis, qui venerabilibus & piis locis, de bonis suis in ultima voluntate legavit, mandans insuper satisfieri creditoribus per eosdem, post mandatum susceptum, per Dioecesanum cogi debent, testatoris explere ultimam voluntatem.

SUMMARIUM.

- 1 Executor testamentarius, qui suscepit officium, illud exequi compellitur.
- 2 Clerici tanquam digniores sunt praesertendi, ubi sit sermo de Clericis & laicis.
- 3 Ordinarius praesertendus non videtur.
- 4 Clericus & laicus possunt simul deputari executores in testamento.
- 5 Alternativa in deputazione plurium executorum resolvitur in conjunctivam.
- 6 Executio testamentorum pertinet ad Episcopum, etiam quoad temporalia.
- 7 Praelati inferiores habentes in loco jurisdictionem quasi Episcopalem possunt compellere executores ad exequendam testatoris voluntatem.
- 8 Capitulum, sede vacante, succedit in jurisdictione compellendi executores testamentarios.
- 9 Executores testamentarii, quibus nomenius appellentur, Executores non sunt.
- 10 Clerici & Religiosi deputari possunt executores in testamento etiam ad non piis causas.
- 11 Canonico Regulari, quem testator constituit executorem ad annum redditum distribuendum cum facultate aliquid sibi applicandi, an obstat Concil. Trident. cap. 2. sess. 25. de Regular.
- 12 Regularis executor & legatarius sustinet vices duarum personarum.
- 13 Canonici Regularis, an possit esse executor ultima voluntatis.
- 14 Executor ad distribuenda bona in piis usus non potest sibi aliquid applicare.
- 15 Regulari bona stabilia etiam in administratione concedi non possunt.
- 16 Executori ad distribuendum dicitur administrator.
- 17 Legatum annum factum regulari pro usu de licentia Superioris percipiendum, an de jure communi sit validum.
- 18 Et quid post Concilium Tridentinum.
- 19 Legatum factum Regulari, nec momento temporis potest esse apud eum, sed illico acquiritur Monasterio.
- 20 Annus redditus computatur inter bona stabilia.

Johannes. Executor testamentarius, qui suscepit officium, illud exequi compellitur. Hoc dicit secundum omnes. Divisionem non patitur, quia unicuique debent verbarum structuras; sed ad mentem primo ponitur questio, deinde solutio. Secunda ibi. Post testatoris. Et quinque facit secundum Joan. Andr. Dicit enim qui erant executores & ejus, & quid erat exequendum & quando quod debebant & per quem & licet patet.

Tertio nota, in ver. Creditoribus & in ver. Dioecesanum, quod sequitur, non solum in relictis ad piis causas, sed etiam quoad temporalia pertinere executionem testamentorum ad Episcopos secundum Host. Cujus opinio communiter tenetur, ut hic testator Anton. de Butr. in 5. q. n. 17. Dixi in cap. Tua nobis, supra eodem.

Quarto nota ibi, per Dioecesanum. Officium compellendi executores testamentarios non tantum spectare ad Episcopum sed etiam ad inferiorem Praelatum habentem in loco jurisdictionem Episcopalem vel quasi, juxta textum in c. Abbatibus, de privileg. in 6. Tatis enim in his quae jurisdictionis sunt, venit Dioecesani appellatione, ut notat glossa in Clem. 1. §. Volumus in ver. Dioecanis, de foro competent. quam ibi sequuntur Cardin. in 4. q. n. 2. Imola n. 38. Vitalis n. 4. & Abb. n. 15. Dixi latissime in c. Accedentibus infra de excessu Praelator. & in proposito tenent hic Joan. Andr. n. 9. in ver. Dioecesanum & Abb. num. 2. in 5. notab. qui amplius putant in hac jurisdictione compellendi executores succedere etiam Capitulum, Sede vacante. De cuius verbi loci Dioecesano hac littera intelligatur dici plene ut per Joan. Andr. n. 21. & Butr. n. 12. in 1. q. n.

Quinto nota executores testamentarios non appellari executores simpliciter, sed executores ultima voluntatis, & dicuntur executores id est perfectores & consummantes secundum Gos. Host. & Jo. Andr. Qui interdum appellatur etiam commissarius, interdum fideicommissarius interdum divisores interdum distributores, interdum gradatores de quo vide in Specul. de instr. edit. §. Nunc vero aliqua, qui alias est, vers. sub §. Compendiose, ad fin. col. 1. Sed proprie secundum praedictos dicuntur executores, qui sententias exequantur, l. fin. C. de execut. rei judic. & cap. Pastoralis, &

Fagnani in III. Lib. Decretal.

§. Quia verò sup. de offi. deleg. de variis executorum acceptationibus vide hic per Joan. Andr. n. 5.

21 Ultimo nota Clericos, tam seculares, quam regulares posse deputari executores ultimarum voluntatum, ut de Clericis in genere est casus hic & expressè de Clericis secularibus & religiosis, in c. Tua nobis, supra eod. Quod est verum etiam ad non pias causas, ut hic probatur ponderando litteram ibi credentibus, nec non ibi ultima voluntatis; secundum Holt. us. 2. in ver. Ultima voluntatis de Joan. Andr. n. 18. vers. Aliquibus videtur. Quorum opinio communis est & obtinet ex consuetudine, ut dixi in d. c. Tua nobis in ult. notab. Intellege dummodò per hoc non retrahantur à Divinis Officiis. Et quoad Regulares dummodò non sint ex Ordine Minorum S. Francisci, quibus hoc officium est interdictum, ut in Clem. Exivi, §. Verum, de verbor. signif. & dummodò id fiat de licentia suorum Prælatorum petita & obtenta, cap. Religiosus, de testam. lib. 6. & Clem. Religiosus eod. tit. Quilibet enim Religiosus potest esse executor, ubi solum committitur nudum ministerium, plebè Rom. c. onf. 409. Quoad primum consulationis articulum n. 6. & seqq.

22 Quæro, an Canonicus Regulari, quem testator constituit executores, ad annum redditum distribuendum cum facultate sibi applicandi portionem, que sibi videbitur, obicit Decretum Concilii Tridentini cap. 2. sess. 25. de Regular. Canonicus Regularis in dubio proposito est executor, & legatarius, sustinetque vices duarum personarum, sicut facit ille cui fecit debitor mandat, ut ex bonis, que sunt apud eum, solvatur, Put. sic. 177. lib. Testator enim eum executores ad annum redditum distribuendum constituit & deinde illi permittit, ut ex eis possit sibi applicare eam portionem, que sibi videbitur, ut habetur apud glol. in l. Si quis Titio, in verb. Uti ministrum de leg. 2. Bald. in l. Quidam §. Si scriptum, de leg. 1. Idemque hæc dux dispositiones sunt separatim consideranda & Canonicus sustinet duas personas ut dux persone considerari debet, ut not. in c. A collatione de appell. in 6. & ex nullitate aut validitate unius ex his dispositionibus non inferatur ad nullitatem, vel validitatem alterius, c. Dilectus il. primo de prob. ibi, nos factò ejusdem legati illicito reprobatò, quod est licitum approbantes. Ex ex regula. Utile per inutile non vitiatur, quam ad propositum nostrum adducit Capra in reg. fin. de ult. volunt. in 2. membr. n. 11. in fine. Utramque igitur ex his dispositionibus separatim consideranda.

23 Quoad primum, in quo Canonicus est deputatus executor, videtur respondendum Concilium non obitare, quominus is Canonicus hoc munus suscipiat. Hodè enim est expeditum religiosus profusus posse hujusmodi officium suscipere accedente sui Superioris specifica licentia, ut in c. fin. infr. eod. lib. 6. & in Clem. unica eod. tit. & dictum est supra in ult. notab. & in Canonicis Regularibus exemplificat Jacob. à Camb. de execut. ult. volunt. part. 1. num. 3. Licet Speculator, qui scripsit ante jura Sexti & Clementinarum, aliter sentiat in tit. de instrum. edit. §. Non verò aliquis, numer. 70. vers. Sapè etiam queritur utrum sim. lex Monachus & num. 71. vers. Quis de Comitibus Regularibus. Cujus opinio corrigitur in prædictis jansibus, ut per Joan. Andr. ibi, in Adit. littera F.

25 Neque obitat decretum d. cap. 2. sess. 25. de Regular. prohibens Regularibus bona tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere. Quia executor datus ad distribuenda bona in pios usus, non potest sibi, vel conventui aliquid regulariter applicare, & sic tanquam propria, aut etiam nomine conventus non possidet, l. Si mandaverò, §. Si tibi, ff. Mandati, & in materia nostra tradunt Archid. Joan. Andr. in c. fin. de testam. in 6. num. 7. vers. Undè, & ibi Anchar. n. 19. Franc. num. 9. Adden. ad Capell. Tolos. decis. 28. Calder. de testam. conf. 31. & 39. nisi esset forte in summa necessitate, Capra d. tit. in 6. membro, n. 16. & seqq. Et quavis in secunda dispositione in casu

nostro caveatur, ut executor possit aliquid sumere; tamen si Concilium obitabit, illa secunda pars irritabitur; sed inde non inferatur, ut dictum est ad nullitatem deputacionis executoris, cui Concilium non obitat.

Nec refragatur quòd Concilium in d. c. prohibet bona stabilia concedi alicui Regulari etiam in administrationem. Nam respondetur executorum hujusmodi non habere bonorum administrationem, sed nudum ministerium, ex quo nihil sibi percipit emolumenti vel commodi, ut supponimus in hac prima parte. nam si perciperet rem, non esset nudus minister, sed legatarius, l. Si quis Titio, ff. de leg. 2. & docuit Bald. conf. 431. l. 4. Feder. de Sen. conf. 56. Domin. Francisc. vers. Secundò queritur in prim. Ang. conf. 139. Bona dicti testatoris, vers. Quia igitur.

Quoad secundam partem tamen de jure communi legatum factum Regulari pro usu suo percipiendum cum licentia superioris validum esse existimaverunt Calder. conf. 21. de testam. Bart. in Auth. Expositur, C. de bon. que liber. & in l. Lucius §. Tres hæredes, ff. ad Trebell. Navar. confil. 3. de statu Monach. quest. 18. n. 49. Tamen textus in c. Monachi, de statu Monach. in quo precipitur fundatur eorum opinio, alium habet sensum, nam dum disponit ut Monachi possint habere peculium, si eis fuerit pro injuncta administratione permissum, non procedit nisi in Monachis officialibus. ut innuunt illa verba, pro injuncta administratione. Undè quoad reliquos Monachos, qui officialiter non sunt, salva manet prohibitio, de qua in principio illius textus, ut peculium eis habere non liceat etiam ex promissione Abbatis secundum intellectum Innocentii, Holt. Joan. Andr. Anton. de Butr. & Anchar. ut ibi latissime dicit.

Sed quidquid sit de jure communi, certè inspecti Trid. Concilii dispositione in d. c. 2. videtur respondendum legatum non valere. Ita enim aliàs declaravit S. Congregatio, ut dixi in d. c. Monachi, reprobata Navari opinione, qui in conf. 14. de statu Monach. & in Commun. 1. de Regul. n. 14. putavit d. c. 2. nulla in re immutata esse dispositionem juris communis, & de jure communi licitum esse Regularibus habere peculium in suos honestos usus de Superiorum licentia.

Itaque cum legatum in effecta quoad Regularem non valeat, etiam accesserit consensus Superioris, simul ac ipse declarat, sibi ex eo aliquid velle applicare pro usibus suis, ut testator ei concessit; ex ejus persona acquiritur Monasterio, c. Non dicatis 12. q. 1. c. Abbates 18. q. 2. c. Quis ingreditibus 19. q. ult. cap. Cum ad Monasterium, de statu Monach. & de Canonicis Regularibus est textus de off. in cap. Quoad, de offi. Ordin. ut nec momento temporis maneat apud Canonicum acquirentem, Abb. in d. c. Monachi n. 8. de statu Monach. fuit Navar. in Commun. d. c. Non dicatis n. 34. & seqq. Quandoquidem ut scripsit Bald. conf. 424. lib. 1. Licet jus delatum Monasterio sumat initium ab ipso Monacho, tamen per modum semille, & sic ictu oculi in Monasterium transit. Cujus dictum refert & sequitur Card. Mantica de consuet. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 28. Et propterea si Superior ei in genere licentiam concederet, dictum annuum redditum sibi pro usu suo sumendi, concederet ei bona Monasterii stabilia, inter quæ redditus annuus computatur, ut habetur in Clem. Exivi, §. Camque annui redditus, de verbor. signif. & sic obitaret Concilium.

Itaque sic possit ad secundam partem debet responderi, non licere Superiori hujusmodi licentiam Regulari concedere. Si tamen pro re nata, & in singulis casibus si legatarius aliqua re indigat non repugnante statui paupertatis; Prælatum posse indulgere, ut illi ex reddito annuo legato certa tantum portio eidem usui necessaria applicetur, puta ad mobilia comparanda juxta decretum d. c. 2. vers. Mobilia verò usum; dummodò tamen exactio annui redditus fiat à communibus officialibus Monasterii ad præscriptum d. c. 2. & decretorum Clement. VIII. super refor. Regular. & quod supererit, in communes Monasterii usus convertatur, ut in similibus casibus respondit Sac. Congr.



DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

Innocentius III. Murnen. Episcopo.

CAPUT III.

Cum dilectus filius Abbas de Brusia, pro causa quam adversus Episcopum He. duen. habebat, diutius expectasset, Abbas proposuit antedictus, quòd Archipresbiter de Altario ad participationem orationum Monasterio de Brusia obtulit se & sua, & infra. Sufficenter intelleximus esse probatum, quòd dictus Archipresbiter agens in extremis, velut ultimam exprimens voluntatem, asseruit se & sua Monasterio contulisse. Undè cum requisitus esset, ut conderet testamentum, respondit se non posse testari, quia se & sua contulerat Monasterio supra dicto, & licet unus testis solus dixerit se vidisse, quando se & sua obtulit Monasterio; quia tamen alii testes dixerunt se audivisse ipsum in Abbatis præsentia, quòd prædictum est contententem, non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer administrantes asseritionem Abbatis, plurimum adjuvabant. Quia verò pars Episcopi asseribat se velle probare, quòd dictus Archipresbiter in extremis laborans, tanquam phreneticus alienatus erat mente, undè non valuit quòd expressit. Nos causam illam tibi sub hac forma duximus committendam, quòd nisi præfatus Episcopus legitime probaverit sæpè dictum Archipresbiterum, suæ mentis compotem non fuisse, cum ultimam voluntatem expressit, super impetitione Monasterii perpetuum ei silentium imponatur, & compellatur restituere Monasterio quæcumque de bonis ipsius Archipresbiteri vel etiam Monasterii occupavit. Si verò legitime probaverit, Archipresbiterum quæ super ultima voluntate præmissa sunt, alienata mente dixisse; ad faciendam ei nomine Parochialis Ecclesiæ (cujus ipse administrationem gesserat dum vixisset) restitutionem bonorum, quæ ipsius Archipresbiteri fuerat Monasterium condemnatur, cum idem Archipresbiter ab intestato decesserit, ipsique Monasterio super impetitione Episcopi silentium imponatur.

SUMMARIUM.

- 1 Rector intestato decedenti si non habet consanguineos, succedit Ecclesia; sed si apparet eum fuisse Monachum, vel sana mente testatum.
- 2 Testamentum ad pias causas conditum per verba enunciativa, & propter aliud prolata, valet etiam ad exclusionem alterius Ecclesiæ.
- 3 Oblatio probatur per unum testem de veritate, & per confessionem etiam incidenter factam.
- 4 Novitius an possit in testam. ingressu donare seipsum, & omnia bona sua Religioni & n. seqq. usque in fin. Correctio jurium induci non debet per subauditum intellectus.
- 5 Ecclesiastica potestas non solet se immiscere in jurisdictione aliena.
- 6 Ecclesia in quibus casibus habeat jurisdictionem.
- 7 Novitius est de jurisdictione Ecclesiastica.
- 8 Novitii qui sint & n. 11.
- 9 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.
- 10 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.
- 11 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.
- 12 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.
- 13 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.
- 14 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.
- 15 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.
- 16 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.
- 17 Oblati, seu donati, qui proprie dicantur.

Cum dilectus. Rector Ecclesiæ dicitur intestatus si nullum faciat testamentum; vel fecit, sed furiosus; & talis succedit Ecclesiæ si non habet consanguineos; secus autem si apparet illum fuisse Monachum, vel sana mente.

Testamentum hoc dictum secundum J. Andr. & communiter DD. sed attingendi duos notabiles, & singulares intellectus, sumatur secundum quemlibet intellectum; & primo sic valet testamentum ad pias causas conditum per verba enunciativa etiam propter aliud prolata, quamquam successio, seu testatio veniat ad exclusionem alterius Ecclesiæ, & vel aliter secundum alium intellectum per unum testem de veritate, & per confessionem etiam incidenter factam probatur oblatio etiam quoad effectum consequendi bona oblata, Abb. Siculus.

In textu ibi, se & sua Monasterio contulisse.

Quæro, An Decretum Tridentini Concilii cap. 16. sess. 25. de Regular. obicit quominus Novitius possit in ipsomet ingressu donare seipsum, & omnia bona sua Religioni.

Proposita questio omnia alius, de quibus posset dubitari, hoc videtur petere, videlicet an Concilium Tridentinum d. c. 16. corrigat jus antiquum in proposito casu; eive deroget, circa quam questionem præmittendum est.

Primo, cum agatur de correctione jurium antiquorum, per quæ poterat fieri dicta donatio, ut probat text. hic, & in

